



Libellus illuminati Raymundi
de amico zamato.



Raymūdus cuiusdam blaquerne

anachorete petitionibus acquiescens. 366. breuia verba in libellum compegit, quē pretitulauit de amico et amato. sunt enim hec verba amoris, & exempla abbreviata, et declaratione egentia, quibus intellectus ascendit altius ad maiorē deuotionem. Et hac ratiōe totū simul collegit quot sunt dies in anno, vt vnūquodq; abbreviatū verbū, per diem contēplādo sufficere possit, secūdum artē cōtēplationū. p̄ Amicū intelligitur quilibet fidelis & deuotus Christian⁹ & p̄ Amatū intelligitur xp̄s, p̄terq; in. 212. contēplatiōe, vbi amor, amare, amicus & amatus sumūtur p̄ p̄sonis & actib⁹ diuinis, cū ibi dicatur q̄ hec quattuor sunt vna eētia.



1 Interrogauit amicus suus

amatum: si in eo aliquid remāserat diligēdum? Respōdit amatus q̄, id propter quod amici multiplicari potest amor, semper in eo superest amandum.

- 2 Vie per quas amicus suū requirit amatum, sunt longe: periculose, considerationibus referte, suspiriis & fletibus, ac illuminate amoribus.
- 3 Multi amatores congregati fuerunt ad amandum vnū amatum, qui ipsos omnes faciebat amoribus abundare, & quilibet eorum pro precipuo suum ducebat amatum, & de eo gratas concipiebat cogitationes, ex quibus iucundas sentiebat tribulationes.
- 4 Plorabat amicus ac dicebat, quando erit tempus vt in seculo cessent tenebre aut inferorū vie? & aqua que de more descendit inferius, quando erit tempus, vt naturam assumat ascendendi superius? aut innocentes quando erunt plures q̄ nocentes? ah quando gaudebit amicus q̄ moriatur pro